

ad te iúgiter ádspirent. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Communio (*Luc. 1,48-49*)

Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est.

Postcommunio

Sumptis, Dómine, salutáribus sacraméntis: da, quæsumus; ut, méritis et intercessióne beátæ Vírginis Mariæ in cælum asúmpptæ, ad resurrectiόνis glóriam perducámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

rità, aspirino sempre verso di Te. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.


Ant. alla Comunione

Tutte le generazioni mi chiameranno beata, perché grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente.

Orazione

Ricevuto, o Signore, il salutare sacramento, fa, Te ne preghiamo, che, per i meriti e l'intercessione della beata Vergine Maria assunta in cielo, siamo elevati alla gloriosa resurrezione. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Die 15 Augusti



IN ASSUMPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS



Introitus (*Ap. 12,1*)

Signum magnum appáruit in cælo: múlier amicta sole, et luna sub pédibus eius, et in cápite eius coróna stellárum duódecim. *Ps. 97,1. Cantáte Dómino canticum novum: quóniam mirabilia fecit.* V. Gloria Patri.

Introito

Un portento grande apparve nel cielo: una donna rivestita di sole, e la luna sotto i suoi piedi, e sul capo una corona di dodici stelle. *Sal. Cantate al Signore un canto nuovo, perché ha operato meraviglie.* V. Gloria al Padre.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui Immaculátam Vírginem Mariám, Fílii tui genitricem, córpore et ánima ad cælestem glóriam assumpsisti: concéde, quæsumus; ut, ad superna semper inténti, ipsíus glóriæ mereámur esse consórtes. Per eundem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Orazione

Dio onnipotente ed eterno, che hai assunto in corpo ed anima alla gloria celeste l'Immacolata Vergine Maria, Madre del tuo Figliuolo, concedici, te ne preghiamo, che sempre intenti alle cose di lassù, meritiamo di essere partecipi della sua stessa gloria. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

Léctio Libri Judith

(13,22-25; 15,10)

Benedíxit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. Benedícta es tu, fíliā, a Dómino Deo excelso, præ ómnibus muliéribus super terram. Benedíctus Dóminus, qui creávit cælum et terram, qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum; quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédāt laus tua de ore hóminum, qui mémoires fúerint virtútis Dómini in ætérnum, pro quibus non pepercísti ánimæ tuæ propter angústias et tribulatiónem géneris tui, sed subvenísti ruínæ ante conspéctum Dei nostri. Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri.

Graduale (Ps. 44,11-12 et 14)

Audi, fíliā, et vide, et inclína aurem tuam, et concupíscit rex decórem tuum. V. Omnis glória eius fíliæ Regis ab intus, in fímbris áureis circumamícta varietátibus.

Allelúia

Allelúia, allelúia. Assumpta est María in cælum: gaudet exércitus Angelórum. *Allelúia.*

Dal libro di Giuditta

Il Signore ti ha benedetta nella sua potenza, perché per mezzo tuo annientò i nostri nemici. Tu, o figlia, sei benedetta dall'Altissimo più che tutte le donne della terra. Sia benedetto Iddio, creatore del cielo e della terra, che ha guidato la tua mano per troncare il capo al nostro maggior nemico. Oggi ha reso così glorioso il tuo nome, che la tua lode non si partirà mai dalla bocca degli uomini che in ogni tempo ricordino la potenza del Signore; per loro, infatti, tu non ti sei risparmiata, vedendo le angustie e le tribolazioni del tuo popolo, che hai salvato dalla rovina procedendo rettamente alla presenza del nostro Dio. Tu sei la gloria di Gerusalemme, tu la gloria di Israele, tu l'onore del nostro popolo!

Graduale

Ascolta, figlia, guarda, porgi l'orecchio, al re piacerà la tua bellezza. V. La figlia del re è tutta splendore, gemme e tessuto d'oro è il suo vestito.

Alleluia

Alleluia, alleluia. Maria è assunta in cielo: ne giubila l'esercito degli Angeli. *Alleluia.*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam 1,41-50

In illo tēpore: Replēta est Spírítu Sancto Elisabeth et exclamávit voce magna, et dixit: Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta, quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María: Magnificat ánima mea Dóminum; et exsultávit spírítus meus in Deo salutári meo; quia respéxit humilitátem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius, et misericórdia eius a progénie in progénies timéntibus eum.

Offertorium (Gen. 3,15)

Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illíus.

Secreta

Ascéndat ad te, Dómine, nostræ devotiónis oblátio, et, beatíssima Vírgine María in cælum assumpta intercedénte, corda nostra, caritátis igne succénsa,

Dal Vangelo secondo Luca

In quel tempo, appena Elisabetta ebbe udito il saluto di Maria, il bambino le sussultò nel grembo. Elisabetta fu piena di Spirito Santo ed esclamò a gran voce: "Benedetta tu fra le donne e benedetto il frutto del tuo grembo! A che debbo che la madre del mio Signore venga a me? Ecco, appena la voce del tuo saluto è giunta ai miei orecchi, il bambino ha esultato di gioia nel mio grembo. E beata colei che ha creduto nell'adempimento delle parole del Signore". Allora Maria disse: "L'anima mia magnifica il Signore e il mio spirito esulta in Dio, mio Salvatore, perché ha guardato l'umiltà della sua serva. D'ora in poi tutte le generazioni mi chiameranno beata. Grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente e Santo è il suo nome: di generazione in generazione la sua misericordia si stende su quelli che lo temono".

Offertorio

Porrò inimicizia tra te e la Donna: fra il tuo seme e il Seme suo.

Orazione sulle offerte

Salga fino a Te, o Signore, l'omaggio della nostra devozione, e, per intercessione della beatissima Vergine Maria assunta in cielo, i nostri cuori, accesi di ca-